__Sixtus__ III natione romanus ex patre sixto. ſedit annos VIII. dies XIX. Fuit tempore valentiniani auguſti. et ſepultus eſt via tiburtina in cripta iuxta corpus beati laurentii.

__Leo I^us^__ natione tuſcus ex patre quintiano ſedit annos XXI. menſem I. dies XXVIII. Fuit tempore marciani et leonis. et ſepultus eſt apud beatum Petrum apoſtolum. Hic ſcripſit ad marcianum epiſtolas XII. ad leonem XIII. ad flavianum epiſcopum VIII. ad epiſcopos per orientem XVIII. confirmans ſynodum calcedonenſem quae illo tempore facta duas naturas in chriſto contra euticen et neſtorium defendit.

__Hilarius__ natione ſardus ex patre priſco. ſedit annos VI. menſes III. dies X. Sepultus eſt ad ſanctum Laurentium in cripta iuxta corpus beati Sixti epiſcopi. Hic miſſis per orientem epiſtolis confirmavit III. ſinodos. nicenam. epheſinam. calcedonenſem. thomum quoque leonis epiſcopi.

__Simplicius__. natione tyburtinus ex patre caſtino ſedit annos XV. menſem I. dies VI. ſepultus eſt in baſilica beati petri apoſtoli.

__Felix__. III. natione romanus ex patre felice presbitero. ~~fuit~~ a temporibus odoacri regis usque ad theoderici~~um~~ regis~~m~~. ſedit annos VIII. menſes XI. dies XVIII. Fuit tempore Zenonis. ſepultus eſt in baſilica beati petri apoſtoli. Hic condempnavit petrum alexandriae et acatium conſtantinopolim epiſcopos euticianiſtas

__Gelaſius__ natione afer. ex patre valerio epiſcopo ſedit annos IIII. menſes VIII. dies XXVIIII. Fuit tempore theoderici regis et zenonis auguſti. et ſepultus eſt in baſilica beati petri apoſtoli. Hic

a/ beat. i

ſ. l. l.

__Marciano__

__Marcianus__

__poſt__

__Valentinianum__

__Leo__

__Zeno__

__Odoacer__

__Theodericus__

eſt, quippe cum epiſcopatu, immo ante epiſcopatum cepit, ut in paſſione beatae[a] Afrae legitur. Erat namque locus ille poſſeſſio et proprietas beatae Afrae; unde et ſepulta ibidem eſt, videlicet in memoria quam ſibi ſuisque conſtruxerat, ut antiquis moris erat ſepeliri in propria poſſeſſione. Ubi inicio et in primordio chriſtianae fidei, quae in Auguſta temporibus Dioclitiani exorta eſt, poſt paſſionem ſanctae S. Afrae edicula vilibus ex lignis primo conſtructa eſt in memoriam Martiris. Poſt haec paganis ad inſtar fumi deficientibus, eccleſia a chriſtianis nova fit, et coenobium cum clericis conſtruitur. Locus igitur ille epiſcopis Auguſtenſibus[a]

a/ vocabulum (tantum?) eraſum eſt.